



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal:  
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

**Spirens., 1660**

7.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**

ris in jus vocare non licet, vel quod propter loci religionem inde se movere non possit, quodq; funus ducat, aut iusta defuncto persolvat, vel aliâ simili causâ, de quibus latius videre licet. *L. 2. 3. & seq. ff. de in jus voc: 2.* perpetuat Judicis delegati jurisdictionem. *cap. 10. de off: deleg:* Et ideo si quis postquam citatus est, alterius fore esse cœperit, in ea causa regulariter jus revocandi domum non habet. *L. si quis postea 7. ff. de jud: cap: proposuisti pœn: h. t. 3.* Præscriptionem interruptit, etiam triginta añorum. *L. Fin: C. de annali. exceptione.*

7. Vocari alii omninò non possunt: alii non sine venia: illi enumerantur. *L. 2. & 4. sup: ff. de in jus voc:* Horum mentio fit cit: *L. 4. §. 1. ff. de in jus voc: L. 2. C. eodem.* & sunt Patroni, Parentes utriusq; sexus: Parentes, Patroni, Liberi, uxor, & hæredes eius licet extranei. Hanc edicti partem Accursius & alii ad Socerum & Socrum, ad vitricum & novercam, ad maritum & vasallum extendebant: quia generaliter vocari prohiberentur in jus, omnes personæ, quibus reverentia debetur. *L. generaliter de in jus voc:* Sed meritò  
displi-

displicet Curtio. *L. 1. C. de in jus voc: Alcia-*  
*to incit. L. 1.* quia edictum illud Prætoris,  
 has personas inter exceptas non comme-  
 morat. Et *L. de his C. de furtis*, conceditur  
 actio famosa contra Novercæ. Fateor  
 reverentiam deberi Novercæ, quia loco  
 matris est. §. *socrum in Inst: de nupt: & L. 1. C.*  
*ead: & uxori patroni L. 1. C. de in jus voc:*  
 Sed nego eam reverentiam deberi quæ  
 personis nominatis in edicto debetur,  
 cum casus excepti forment regulam in cas-  
 sibus non exceptis, per *reg: 6. juris: in 6.*

### TITULUS. III.

#### DE PROCURATORIBVS

#### & Defensoribus

#### C A S U S.

**P**ARISIIS duo fuere Advocati Com-  
 patres: horum alterum vir quidã  
 rogat, ut causam suam adversus ru-  
 sticum antagonistam agat. Annuit.  
 Sed paulo post adversarius rusticus  
 adest; cumque multo plus pro ass-  
 stentia polliceretur; etiam huic ope-  
 ram